



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Bene Meditandi**

**Berzetti, Nicola**

**Coloniae Agrippinae, 1658**

Reverendissimo In Christo Patri P. Goswino Nickel Societatis Iesu.  
Præposito Generali, Domino Patrono suo Colendissimo.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)



EPISTOLA DEDICATORIA.

REVERENDISSIMO IN  
*Christo Patri*

P. GOSWINO NICKEL  
SOCIETATIS IESU

PRÆPOSITO GENERALI,  
*Domino Patrono suo Colen-*  
*dissimo.*



Annus jam sextus  
volvitur, quando in-  
credibili, & meo, &  
bonorum omnium  
gaudio, intellexi-  
mus, Reverendissimam Paterni-  
tatem Vestram, post varia in So-  
cietate Jesu obita cum laude, &  
communi fructu munia, Comi-  
tiis Romanis, die 12. Maii Anno  
post Christum natum M. DC. LII.



## EPISTOLA

ad suprema ejusdem gubernacula promotam feliciter, & assumptam, neque interim mihi vel cogitatio vel animus defuit, inter plurima gratulantium studia, saltem aliquod levidense manusculum gratum notis pridem manibus offerendi; sed ut veram fatear, defuit materia imprimis apta, & sacro novæ Dignitatis apice digna. Moræ quinquennalis, causa nō una fuit, ambo senes sumus, & provectæ jam ætatis, propemodum æqualis, conterranei: quis verò nescit senectam per se lentam, & cochleam, seu testudinis instar, esse tardigradam? ut deinde sileam profanas illas, de



DEDICATORIA.

quibus ait Comicus: dum comuntur, dum moluntur, annus est; ut fileam vel elephantos delimo demum, ut ferunt, anno patientes, vel urso factum informem diu, multumque lambendo efformantes; vulgarissimum sane est illud Evangelistæ Joannis 20. (ut in materia sacra sacros intra limites me contineam) ad Christum tumulum S. Joannem Apostolum citius præcurrisse Petro, seniore videlicet atque tardiore. Præcurrerunt quidem hætenus alii quamplurimi, Librosque doctissimos summo Ingenio lucubratos, plenis manibus, animisque summo honori Vestro



EPISTOLA

Substraverunt; ego verò ne tandem omnino Asymbolus veniam, Volâ, Vel Pugillo Unico comprehensibilem offero Libellum, qualem diu hæctenus desideravi, pium, sacrum, & verè Asceticum, non vestris modò, sed & omnium Ordinum Religiosis, immò & secularibus magno usu futurum, bonâ tandem fortunâ opportunissimè mihi oblatum à Reverendo in Christo P. JOANNE ZVVENBRUGGEN, Vuchro Juliacensi, Amicorum meorum intimo, isdem mecum patrii soli finibus oriundo, tum temporis Provincia Rheni inferioris (quam & Reverendissima Vestra Paternitas



## DEDICATORIA.

ternitas, post Rectoratum Aquis-  
granensem, Dusseldorpiensem,  
Coloniensem semel iterumque  
rexit ) Præposito Provinciale,  
nunc Collegii Trevirensis Re-  
ctore, à Reverendo primum  
P. Nicolao Berzetto, de PRAXI  
BENE MEDITANDI Italicè con-  
scriptum, dein à Sacerdote quo-  
dam hujusmet Provinciæ Latinè  
versum. Tantæ molis erat, mo-  
lis parvæ, Libellus! ante annum  
scilicet juxta votum meum, &  
aliorum, typo absolutus esse de-  
buit; sed quid miramur tardi-  
grados esse senes, cum ipsi quo-  
que Typographi, quamvis ve-  
geti, negligentes, tardigradi  
esse & testudinei, si non ament,



EPISTOLA

saltem non prorsus fugiant, caveantque. Id quod mihi non exiguâ cum mea, tum Amicorum anhelantium, & identidem urgentium indignatione, doleo quidem accidisse; absit verò, ut credam, me post festum, quod in proverbio est, venturum, adeoque minus gratum fore, dum in senio meo ultimum quasi gradum figens, Patrono Optimo, Reverendissimo, si liceat dicere, Amico meo quondam familiari, munusculum quantumcumque gratè, memoriæque pectoris arham offero. Præcurrerint per me licet, præcurrantque hodie dum alii plurimi, quâ Religiosi,

quâ



DEDICATORIA.

seculares cum S. JOANNE ad  
manus Vestras ; mihi profectò  
abundè sufficiet cum S. PETRO  
prius & citius intimum animi  
vestri tumultum penetrare , lo-  
cumque gratiæ aliquem repe-  
rire, ita prorsus spero, utque di-  
vina bonitate , vel de meis an-  
nis ad vestros addendo, vel op-  
timi D. Parentis vestri fere con-  
tenarii p. m. viri omnibus nu-  
meris absolutissimi ætatem ad-  
æquando vel etiam superando,  
Reverendissimam Paternit. Ve-  
st. ã ad cõmune Societatis Bonum,  
& ad Germaniæ Inferioris, Juliæ-  
que comprimis nostræ gloriæ  
diu fervet incolumem, animus  
Voveo! non solum ego & Fa-



EPISTOLA

milia mea tota , sed & Amici  
OMNES Coloniae Agrippinae,  
Anno Christi M. DC. LVII. pri-  
die Præsentationis B. VIRGINIS  
MARIAE.

REVERENDISSIMÆ P A-  
TERNITATIS VESTRÆ

Devotus Cliens.

JOANNES KINCKIUS, Se-  
nator & Bibliopola  
Lib. Imp. Civitatis  
Coloniensis.

PROE-